

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Gebri Arabis Chimia**

**Geber**

**Lugduni Batavorum, 1668**

De subtiliatione Lunae in speciali modo

[urn:nbn:de:bsz:31-95581](#)

solvendum ; donec totum fuerit per beneficium salis communis & armoniaci in aquam caram dissolutum. Hoc est fermentum elixirii preciosum rubei , & corpus spirituale.

*De subtiliatione Lunæ in speciali modo.*

Subtiliatur autem argentum & tenuatur & in corpus spirituale reducitur per modum Jain dictum. Ergo per omnia & singula fac in ipsius subtiliatione, sicut de Sole fecisti. Et aqua Lunæ dissolutæ est fermentum ad elixir album spirituale factum.

Jain impersectorum corporum præparationem & perfectorum sublimationem sufficienter determinavimus ; ut ex his quilibet discretus suum possit adimplere intentum. Attendat ergo unusquisque proprietates & modos actionis seu compositionis elixir majoris. Nos enim quæriimus substantiam unam facere : tamen ex pluribus aggregataim , adunatam & fixam , quam super ignem positam ignis non exprimat : & liquatis permisceatur , & liquefiat cum ipsis , cum eo quod est in ea de substantia ingressibili : Et permisceatur cum eo quod est in ea de substantia permiscibili: Et consolidetur cum eo quod est in ea de substantia consolidativa. Et figatur cum eo quod est in ea de substantia fixativa: & non comburatur.

buratur ab his quæ non adurunt aurum & argentum ; & afferat consolidationes & pondus cuim ignitione debita & perfecta. Non tamen eatenus breve tempus intelligas ; ut paucis diebus vel horis posit prima vice construi. Sed quia respectu aliorum veridicoruin modernoruin , respectu etiam naturæ operationis veritas hoc modo citius terminatur. Unde dicunt philosophi : Medicina est, cuius longum tempus spacium anticipavit. Quare vobis dico quod sustineatis patienter, ne forte moram abbrevietis ; quia festinantia quædam ex parte diaboli est. Ergo qui patientiam non habet , ab opere manum suspendat : quia impedit eum festinantiæ credulitas. Omnis actio naturalis suum habet motum & tempus determinatuin , in quo majori vel minori spacio terminatur. Ad haec tria necessaria sunt, patientia , mora , instrumentorum aptatio : De quibus & de quorum agendi modo sufficienter in summa nostri magisterii perfecti artificiis ~~alio~~ sumus in capitulis diversis : in quibus experiri potest, si in nostris dictis fuerit sufficienter investigatus ; in quibus manifesta probatione & aperta concludimus : Lapidem nostrum nihil aliud esse quam spiritum fœtentein & aquam vivam, ( quam & siccain aquam nominavimus ) & per naturalem decoctionem , & per veram proportionem.

tionem mundatam & unitam unione tali; quod sibi nihil abesse nec adesse potest: Quibus addi debet tertium ad opus abbreviandum , hoc est corpus perfectum attenuatum. Ex præmissis igitur patent res, in quibus veritas est propinqua , & perficiens ipsum corpus. Investigatione vero nostra , qua certi sumus , & per experientiam certaine manifeste consideramus omnia vera quæ jam per nos vobis solis scripta sunt. Secundum quod vidimus per mentis nostræ rationem in voluminibus istis. Ea vero quæ per experientiam digitis extraximus , & vidimus oculis , & manibus tetigimus, scripsimus in summa nostra perfectionis magisterii. Sapiens ergo artifex in nostris studeat voluminibus , colligendo nostram veram dispersam intentionem ; quam in diversis locis proposuimus , ne malignis seu ignaris publicetur : Et collectam probet donec ad cognitionem studiendo & experiendo cum laboris ingeniosi instantia pervenerit totalem. Exerceat ergo se artifex & inveniet eam. Cujus jam modum investigationis commotis amore visceribus, ex quo & nos per nostram considerationem, veritatis cognitionem extraximus certain. Consideramus enim hanc scientiam de corporibus perfectis & imperfectis tractare. Cognitionem etiam plenariam dat perficiendi , & corruptionis materiae

teriæ & formæ. Consideramus investigationem nostram , materiam perfectorum cum forma & radice suæ commixtionis, usque ad complementum , puram esse sine corruptione superveniente aliqua. Consideravimus etiam à contrario sensu imperfectorum substantiam & perfectorum, unam esse ubique ; scilicet argentum vivum & sulphur : quæ ante co-mixtionem inventimus corruptionem imperfectorum , accidentaliter supervenisse. quæ materiei novam & corruptam tradidit formam. Nam cum corpora imperfecta per ingenium nostrum vidimus præparata & mundata ab omni superflua corruptione seu immundicia fugitiva seu terrestri deliberata : Inventimus ipsa majoris claritatis & fulgoris seu puritatis quam ipsa corpora naturaliter perfecta. Per qualem considerationem pervenimus ad finein hujus scientiæ perfectum & compleatum ; quam perfecte & plenarie scripsimus in voluminibus nostris. Studeas ergo in illis, & invenies totam nostram scientiam , quam ex libris antiquorum abbreviavimus.

F I N I S.